

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-528052-p0001-2

E. b. 6

~~Drdt~~ lug = oo
hin: DK 1099

00 [illegible]

II 2 d
~~2 D.~~ 2 D. 1169

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-528052-p0002-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-528052-p0003-3

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle (Saale)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-528052-p0004-9

# FORTALITIUM STATUS.

cujus

ICHNOGRAPHIAM

Impræſentiarum exhibet.

J. D. à Schollen.

Dantiſcanus.

Francofurti & Lipſiæ

Apud Martinum Hallervordium

Literis Joh. Zach. Stollii.

1698.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-528052-p0005-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-528052-p0006-0

VIRIS,
*ILLUSTRI, MAGNIFICIS, GENEROSIS, MAXIMEQ; STRENUIS,*
DOMINIS,
DN. JOANNI-ERNESTO SCHMIEDEN,
Sacræ Regiæ Majeſtatis Poloniæ Burggrabio, ac Præconſuli Gedanenſi, Cherſoneſi Helenſis Adminiſtratori.
DN. GABRIELI SCHUMANNO,
Præconſuli, h. t. Præſidi, ac Montan: Adminiſtratori.
DN. CONSTANTINO FERBERO,
Præconſuli, h.t. Vice-Præſidi, Nehringiæ Adminiſtratori, nec non Sacræ Regiæ Majeſt. Polon. Venationum ibidem Supremo Præfecto, Hæreditario in Goſchin & Chudomin.
DN. CHRISTIANO SCHROEDERO,
Præconſuli, Inſul. Stüblavienſis Adminiſtratori, ac Proto-Scholarchæ.
*Patribus Patriæ, Muſarumque Gedanenſium Mecænatibus, Patronisque meis benigniſſimis.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-528052-p0007-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-528052-p0008-1

# VIRI

## *ILLUSTRIS, MAGNIFICI, GENEROSI, MAXIMEQ; STRENUI DOMINI, ac PATRONI MEI,*

NAvim noviter fabricatam, atq; in Oceanô Velificantem, quidam votivâ hâc ingenioſiſſimè coronavit Epigraphe: AD-



*Picinelli in Mund. Symbol. Lib. 20. c. 6. Embl. 68.*

SPIRANTIBUS AUSTRIS, Tractatus meus Cymba velut aliqua, Lucubrationibus qualibuscunque elaborata, jam literatum pervagatura Oceanum, Syrtibus Ariſtarchorum obnoxia videtur futura, niſi Veſtris DOMINI ac PATRONI, prodeat ſub Auſpiciis, ac Benevolentiæ Veſtræ AUSTRIS ſubvecta, Magnificisque NOMINIBUS Veſtris, velut Numini Tutelari dedicata, Veſtrum in PORTUM GRATIÆ admittatur, atq; in eodem conſervetur. Non Audaciæ, ſed ſubmiſſiſſimæ Venerationis Stimulô, & in comparabili Veſtrô, erga Literas Favore ac Benevolentiâ, me excitatum profiteor. Laudetur

detur enim Religio Marcelli, laudetur Legum peritia Papyrii, laudetur Amor in Patriam Coclitis, Munificentia Cæſaris, Integritas Catonis, deprædicetur Vis Animi Saluſtii, Conſilium Tullii, & quæ huic, vel illi, fuit ſingularis ac propria Virtus. Hæ omnes, & Centenæ aliæ, in Pectore cujuslibet Veſtrum, MECÆNATES MAXIMI, velut inæſtimabili aſſervantur in Scriniô. De illarum fulgore ſatius eſſet tacere, illasque venerari ac colere, quàm pauca dicere. Unicam de quâ cœpi, Silentii Peplo in volvere Clementiam DOMINI BENIGNISSIMI nequeo, quæ tanta eſt, ut qui imitari VOS velit, Exemplar extra Vos quærere non poſſit, cum Nemi-

nem unquam triſtem è Facie Veſtrâ diſcedere permittatis. Ara, Forum, Domus, Undique PATRES PATRIÆ Vos appellant, quod beneficô in Populum Amore, arduis his Temporibus, Prudentiâ Veſtrâ tum Animi Conſiliorumque Gravitate, quâ Clavum Reipublicæ tractatis, omnia in ſuô flore feliciter conſervata fuerint, & ad hunc usque Diem conſerventur ac augeantur. Patria cariſſima, quæ una omnes ſuperat Dulcedines, collata in ſe Beneficia, gratâ ſemper Mente, æternùm deprædicatura eſt. Ego verò qui à teneris Ungviculis ſub Umbone Veſtrô eductus, ne obſervantiæ, humillimique obſequii Argumentum mihi deeſſet, Tracta-

ctatum hunc, DOMINI ac PATRONI, ſubmiſſiſſimâ Mentis Veneratione colendi, ad Pedes Veſtros devotiſſimè depono: nullô autem meô vel meritô, vel ſui Pretiô æſtimandum. Ethnicos imitatus ſum, qui Primitias Meſſis, Spicas ſcl. Cereri, & Olivas Minervæ ſuæ obtulerunt: At ſicubi Materiæ Gravitati, Imbecillitas Virium mearum ſuccubuerit, vel Calamus aberraverit, ut ea benigniſſimâ Veſtrâ dignari Monitione, omniaque in meliorem interpretari Partem non dedignemini, eſt quod ſubmiſſiſſimis humillimisq; contendo precibus. Suſcipite eâ frontis Serenitate, quam Vobis Nativa propriam fecit Animi Generoſitas

Eun-

Eundem Tractatum, ob fundamentalem Materiæ Tractationem, Fortalitium Status Ichnographicum nuncupatum, (cui Orthographia, conſiderando Rempubl. in Partes ſuas, &c. Volente DEO aliquando addi poſſet) Et licet Libellus iſte in pretioſiſſimis Bibliothecis Veſtris, ob Exiguitatem ſuam ſtationem non mereatur, ſaltem offerentis Animus, & Votum pro Salute ac Incolumitate Veſtrâ ſuſceptum, DOMINI PATRONI ac EVERGETÆ, inveniat locum. Servet Vos Supremum Numen STATORES REIPUBLICÆ, in Maximum ulterius PATRIÆ Emolumentum. Augeat Vires tum Corporis, tum Reipublicæ Veſtræ. Augeat Au-

ctoritatem, divâ Prudentiâ Veſtrâ Civibus venerabilem, & Plagis in Exteris, longè lateque ad immortalem Nominis Veſtri Famam, glorioſè notam. Oriantur è Splendidiſſimarum Familiarum Veſtrarum Fulgore Sidera nova, & ex Sangvine Veſtrô Phœnices novi, qui Veſtris inhærendo Virtutum Veſtigiis, Veſtris decorentur Faſcibus, veſtris inſideant Curulibus, acceptamque à Majoribus ſuis Dignitatem, Serie non interruptâ, ad ſeros usque poſteros digniſſimè transmittant, feliciſſimique ſemper Regiminis, & ſupra Vota, cœleſti Favore ſecundatos Conſiliorum Eventus, Vernantisque & publicæ & privatæ Proſperitatis continuum Incremen-

mentum, Divina Indulgentia, Vobis DOMINI BENIGNISSIMI, concedat per ennaturum.

*ILLUSRIS, MAGNIFICORUM, MAXIME STRENUORUM NOMINUM VESTRORUM*

Obſequioſiſſimus ac Subjectiſſimus Cliens,

J. D. à Schollen,
Dantiſcanus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-528052-p0016-5

# TRACTAT. POLIT.

## Conſpectus.

*STatus Rerum humanarum politicè conſideratus, alius eſt tranquillus, alius turbulentus. Utrumq; Magiſtratus, DEI Vicarius regit Legibus & Armis.*

CUm omnium Otium Magiſtratûs Labor, omnium Delicias Magiſtratûs Induſtria, omnium Somnos ſola Magiſtratûs defendat Vigilantia; Ideò Principi, in faſtigiô tantæ Majeſtatis velut in Excubiis conſtituto, Salus Populi, Suprema illa Lex, & Belli & Pacis tempore, Argi velut oculis, vigilantisſimè obſervanda. Hinc præclarè Imperator Noſter,

trutinando Cacumina feliciſſimi Regiminis; Oracula hæc, Aurô Gemmisq; pretioſiora, Facis inſtar flagrantiſſimæ, Rerum publicarum Moderatoribus propoſuit, Dum, *Imperatoriam* inquit *Majeſtatem*, non ſolum *ARMIS decoratam, ſed etiam* LEGIBUS *oportet eſſe armatam, ut utrumq; Tempus, &* BELLORUM *&* PACIS *rectè poſſit gubernari, & Princeps Romanus, non ſolùm in hoſtilibus Præliis Victor exiſtat; ſed etiam per legitimos tramites, Calumniantium iniquitates expellat; & fiat tam juris Religioſiſſimus, quàm victis hoſtibus Triumphator Magnificus. Proëm Inſt. Pr.* Quia BELLUM & PAX ſunt Cardines iſti, in quibus omnes Res & Negotia humana volvuntur ac tractantur. *Oſiand. ad Prol. Grotii de I. B. & P. pr.* Paritur Pax Bellô, ait Epaminondas ad Meneclidem *Nep. cap* 5. ſed ideò Bellum non præſtat pace? Puisque il eſt conſtant d'ailleurs, que la fin doive toûjours être plus eſtimée,

que

que les moins, qui viſent à nous la faire acquerir; & ſi toutes les Gverres, & toutes les Victoires ne tendent qu' à la Paix, quelle apparence y auroit-il de preferer l' acceſſoire au Principal, Mr de la Mothe, *Tome Second, Lettre 127. p. m. 993.* E Dictamine autem rectæ rationis, & ipſis rerum Primordiis res eruenda, tum Doctorum Virorum ſuffragiis probanda eſt, ac ſtabilienda. Statum illum, qui appellatur Pax, Naturæ humanæ, ex auctoris Naturæ, DEI, Intentione maximè congruum atque conſentaneum eſſe, vel indè colligere licet, dum Aquilam Roſtrô, Taurum Cornibus, Aprum dentium fulmine, Leonem unguibus, armavit, ſolum hominem inermem, ſed rationali animâ præditum, ad ſuam Imaginem creavit, h. e. placidum, mente purâ, affectibus ſanctiſſimis, ut ſummum ſcandendo virtutis Gradum, ad Natu-

ram ejus accederet, honeſtè viveret, neminem læderet, ac ſuum cuique tribueret. Dolendum verò, genus humanum ferè à Mundi incunabulis ab hâc Sanctiſſimâ DEI voluntate receſſiſſe, ut creſcente ætate hoſtiles conſererent manus, quorum alter alterum nec unquam viderat, cujusve vel quadrupes alteri nunquam pauperiem fecerat: nec abſtinent à Sævitiâ, cùm tamen unius ejusdemque naturæ humanæ, ab iisdem primis parentibus ſint orti. Bellum quidem à Belluis dictum vult *Piſetzki à Kranichfeld, Diſſ. Polit. Jurid. Cap. 2. §. 1.* Sed vix Beſtia niſi graviter laceſſita nocet aliis ſui generis: Indè *Juvenalis*

—— —— quando Leoni
Fortior eripuit Vitam Leo, quo nemore unquam
Expiravit aper majoris Dentibus apri?

*Satyr. 15. v. 160.* Optimis Jus Civile cùm rectæ rationis nitatur fundamentis, *Grot. de I. B. & P. Proleg. §. 53.* expreſſis ſtatuit verbis: cum inter nos cogna-

gnationem quandam Natura conſtituit, conſequens eſt, hominem homini inſidiari nefas eſſe. *L. 3. ff. de I. & I.* Si illa æquiori Judicii Lance perpendere velimus, audiamus optimè ratiocinantem Senecam. *Homicidia* inquit *compeſcimus, & ſingulas cædes: quid Bella, & occiſarum Gentium glorioſum Scelus? Non avaritia, non Crudelitas modum novit: & iſta quam diu furtim, & à ſingulis fiunt, minus noxia, minusq; monſtroſa ſunt: ex Senatus-Conſultis plebisq; ſcitis Sæva exercentur, & publicè jubentur, vetita privatim. Quæ clam commiſſa capite luerent, eadem quia paludati fecêre, laudamus. Non pudet homines, mitiſſimum Genus, gaudere ſanguine alternô, Bella gerere, gerendaq; liberis tradere: cum inter ſe etiam mutis ac feris Pax ſit? Epiſtolâ 95. in mediô.* Il eſt donc plus juſte, & mieux ſeant à un bon Roy, d' être irrité que d' aſſaillir ſans cauſe, afin que juſtement il puiſſe faire ce que de ſoi ne porte qu' injuſtice :

ſtice : etant que de faire gverre eſt plus brutal que non pas humain, & que l' Effuſion du Sang eſt un deſvoyement des Loix de Nature. *dit Harald, Prince ainé de Svenon Roy Danois. voyez Mr. François de Belle-Foreſt, dans ſes Harangues Militaires, Tome Second, p. m. 1534.* Sed Rationem Statûs, magnetem illum Politicum, attractivâ Virtute præditum, qui furioſæ habendi Cupidini, & in explebili ambitioni Originem debet, Lernam horum Malorum eſſe, ſtatumque aliquem Naturæ ingratum introduxiſſe, quidam putant. Quos inter *Ferdinand. ab Efferen* ſeſe explicat ſequentibus: *Cum ſuperbus Lucifer in ipſis cœlis, primum Bellum adverſus Creatorem ſuum ſuſciperet, cauſam moventem habuit Rationem Statûs, ut ſedem ſuam altiſſimo adæquaret, vel præferret &c. In humanis, primi Belli cauſa, ratio ſtatus fuit, quod Cain videns Sacrificium Fratris DEO*

*gratum,*

*gratum, ne ille in Statu Sibi præferetur, & ipſe ſolus dominaretur, Abelem occidit, adeoq́; profugus primus Civitatem Mundi in falsâ Ratione Satus fundavit.* de Ratione Status. *Lib. 5. Punct. 1. p. m. 436. & ſeqq.* Indè Monarchiæ tot mutationibus & agitationibus obnoxiæ fuerunt, & ab unâ gente tranſiit imperium in aliam, allegantes; rationem ſtatus, ut ſuum quilibet conſervaret ſtatum, & in immenſum amplificaret, quam ob cauſam fleviſſe fertur Alexander quod non plures exiſterent mundi, quos ſub jugum ſuum mittere poſſet. Hinc Bella ſuſcepta, hinc aliena, ſub quovis invaſerunt prætextu. Sed Teſte *Senecâ* in eo non conſiſtit vera Magnitudo, *Nec quicquam* enim *Magnum niſi quod & placidum de Irâ Lib. 1. fin.*

Appoſitè hanc in Partem Philoſophatur Romanæ Eloquentiæ Parens: *Natura non patitur, ut aliorum Spoliis noſtras Facultates, Copias, Opes, augeamus. Multò magis eſt ſecundùm Naturam Celſitas animi, & Magnitudo, itemq́;*

*Comitas, Juſtitia, Liberalitas, quàm Voluptas, quàm Vita, quàm Deliciæ, quæ quidem contemnere, & pro nihilo ducere, comparantem cum Utilitate communi, magni animi, & excelſi eſt. Detrahere autem alteri ſui Commodi Cauſâ, magis eſt contra Naturam, quàm Mors, quàm Dolor, quàm cætera generis ejusdem itemq́; magis eſt ſecundùm Naturam, pro omnibus Gentibus ſi fieri poſſit, conſervandis, aut juvandis maximos Labores, moleſtiasq́; ſuſcipere de Offic. Lib. 3. Circ. med.* Oleum autem & operam Optimus quicunque fuerit Statiſta & Religioſiſſimus etiam Moraliſta perderet, ſi tollere Bella, & Pacificum formare ſtatum conaretur, quia tot ſeculis illa invaluêre mala, & Ratio Statûs, & Regio, hodiè agitent & commoveant Orbem Politicum imperantem. *Vid. Auct. Trutin Stat. Polit. Chriſt. 1687. edit. Membr. 1. §. 2. p. m. 11.* Hanc enim Palmam jam in aulis obtinuiſſe Auctor eſt. *Mr le Duc de Rohan, dum Principes* inquit *ſubditis ſuis imperant*, Ratio Status autem multo majoribus. *in Trutin*

*tin. Statûs Europæ. Part. I. Diſc. Prælim.* Quin imo particularia jam Jura occaſione Bellorum introducta ſunt, & juſta appellari cæperunt. *Diſcretæ gentes, Regna condita, Dominia diſtincta, agris termini poſiti, ædificia collocata, commercium, Emptiones, Venditiones, locationes, Conductiones, Obligationes, ſervitutes inſtitutæ &c. L. 5. ff. de I. & I.* Horum itaque ſi quieta Poſſeſsio turbetur, ſic juſto Domino ea conſervandi, retinendi ac Jus ſuum per ſequendi Facultatem Natura dedit *arg. L. 3. §. 2. ff. de Bonor. Poſſeſſ.* Excuſabiliores ergò pro Bellô defenſivô militabunt Rationes, quia, cùm homo, ſubſidiis quibus ad ſuſtentandam vitam multô ſudore, multô Sanguine partis [illegible] rere non poſſit, ſi privandum ſe iis videat, de vitâ tandem ipsâ, quâ cum Patriâ, nihil in hoc mundô habet carius, actum eſſe judicabit: Certè ordinaria Charitas incipiet à ſe ipsâ, & adverſus injuſtum & importunum *Invaſorem Naturalis Ratio dictitabit ſe defendere, L. 4. ff. ad L.*

 *aqui-*

*aquiliam.* Cum unum quodque animal ſimul ac naſcatur, ſibi concilietur. *Generi animantium omni eſt à Naturâ tributum, ut ſe Vitam Corpusque tueatur, declinetq́ ea, quæ nocitura videantur. Cic. 1. Officior.* Indè homines plurimi ut præoccuparent Spolia ſibi intentata, primò vicos, poſtea Pagos, tandem Civitates, poſtremò Regna condiderunt, ut Commoda ſua eò melius promoverent, Incommoda avertecerent, & quibus medendis, cum ſinguli non ſufficerent, præſtarent conjunctim. Notum enim eſt & Tauros inſtante Lupô, conjunctis pugnare viribus. Quam Naturalem Defenſionem à nullô quoque Principe tolli poſſe tractat. *Dn. Ertl. in Palæſtrâ aulico-Juridicâ Exercit.* 4. Sed potius Naturali & licitæ huic Defenſioni, & Jus Canonicum & Jus Civile poſtea Robur addiderunt. *Juſtum* enim pronuntiatur *Bellum, quod de rebus repetendis, aut propulſandorum hoſtium causâ geritur. X. Cauſa 23. Quæſt. 2. Can. 1.* Sic quoque ſtatuêre Impp. Dioclet. & Maxim. *Re-*

*ctè*

*ctè poſſidenti ad defendendam Poſſeſſionem, quam ſine vitio tenebat, inculpatæ Tutelæ Moderatione illatam vim propulſare licet. L. 1. Cod. Unde vi* & Imperator Gordianus: Si quis Percuſſorem ad ſe venientem Gladiô repulerit: non ut homicida tenetur: quia Defenſor propriæ Salutis in nullô peccaſſe videtur. *L.3. Cod. ad L. Cornel. de Sicariis.* vim vi repellere licet *L.12.§.1.ff. Quod metus cauſ. geſt.* Id jus comparatur Naturâ, arma armis repellere licet *L. 1. §.27. ff. de vi, & de vi armatâ, e Liviô Lib. 42. Cap. 41, in Reſp. Regis Perſei.* Et beatus Dn. PESCHWITZ, Vir de Patriâ & re literariâ optimè meritus & deſideratus, *Bellum,* inquit, *quod injuſtâ Defenſione conſiſtit, Jure Naturæ (cui parere omnibus convenit) non ſolummodo licitum & permiſſum, ſed & maximè neceſſarium eſt, ad Conſervationem & Incolumitatem Rei humanæ Tract. de Repreſſal. cap. 2. num. 8.* Beſoldus *Lib. 2. Cap. 7. num. 22. v. 4.* Itaque pro aris & focis adverſus Invaſorem pugnandum eſt, ſi aliter integri eſſe non poſſint.

Nam

Nam juſtum eſt Bellum quibus eſt neceſſarium, & pia arma, quibus nulla niſi in armis ſpes relinquitur, Samnitum inquit Imperator Pontius apud *Livium Lib. 9. Cap. 1.* (Utrum autem Jure Divinô Bella ſint licita vid. *Grot. de I. B. & P. Lib. 1. Cap. 2. à §. 5. usq; ad 10.*) Poſito itaque ex adductis, Armis tanquam inſtrumentis, finem, hoc eſt Pacem, obtineri poſſe, attamen judiciô Dn. de la Mothe *d. l.* Pax Bello præſtabilior, cum nulla ſit bello ſalus, contra

Pax optima Rerum,
Quas homini noviſſe datum eſt, Pax una Triumphis
Innumeris potior, Pax cuſtodire Salutem
Et Cives æquare potens, revocetur in arces.

*C. Silius Italicus de Bellô punico ſecundo Lib. XI, v. 594.*

Ipſe Servator noſter, omnis Charitatis Magiſter, Sub Auguſtô Tempore Pacis, angelicis annuntiantibus Choris pacem, natus, Beatos appellat pacificos *Matth. 5.* Tempore Pacis floret Respublica.

publica. *Cominæus Comment. Lib.1. C.3.* Gail. *de Pace publ. Cap.1. num.4.* Aſt Bellum eſt res Sæva, Cumulus Injuriarum ac Inſolentiarum, Infinitorumque Malorum Scaturigo peſtifera. *Grotius de I. B. & P. Lib. 2 Cap. 24. §. 10.* & adverſus alterutros operatur dolores *Nov.85. pr.* & Richter *Axiomate Polit. 205.* donec exhauſtâ utrâq; belligerente Parte pauperies Pacem extorqueat. Vid. Klockius *de ærariô Lib. 1. Cap. 4. fol. 81. n.30.* Non enim omnes Provinciæ paucorum annorum Spatiô, priſtino reſtituuntur Flori, quàm quidem Brabantia & quædam partes Hungariæ. Multæ Provinciæ deploranda ad huc Martis indigitant veſtigia.

Friede aber ernehret /
Unfriede verzehret.

Vid. Lehmann im Politiſchen Blumen-Garten Tit. vom Frieden. *n.20.* Herrn Reinkings Bibliſche Policey im 2. Buche. *Axiom. 197.* Draudius in denen Fürſtlichen Tiſch-Reden im 1. Theil das 100. Capitel von Friede und Kriegen groſſer Herren. *Dn.* Lauterbeck

terbeck im Regentenbuch im 6. Capitel des 2. Buches.

Bellum itaque ſi ſuſcipiendum, non niſi juſtisſimam cauſam. *Alberic. Gentil. de Jur. Belli Lib. 1. Cap. 7. p. m. 55.* & inevitabilem præſupponat necesſitatem, qualia ſunt Defenſiva, aut illa certamina, quæ ſecuram aliquam ſtabilire Pacem conantur, non autem quæ prædæ vel Gloriæ causâ geruntur. Obtentâ Pace, Bella non ulterius fovenda. Hâc de materiâ, notatu dignisſima fecit verba. *Rodolphus Winwood* Ordinarius Magnæ-Britanniæ Regis Legatus in ordinum Conſeſſu, qui Conſilium ſtatus appellatur, his Orationem fermè concludens verbis: *Hæc fiducia erigit animos, hæc vires ſecundas ſubminiſtrat. Cauſa melior pulcherrimum augurium eſt, ad benè de victoriâ ſperandum. Sed niſi moderando felicitatis veſtræ propitietis Ultricem Inſolentiæ ac ſuperbiæ Nemeſin, quantò celſius ſublati eſtis, tanto gravius corruetis. DEUS impia Bella, favore ſuô non ſecundat. Vid.* Dominic. Baudium *de Induciis Belli Belgici Lib. 3. p. m. 156.*

Das

Das iſt Weißheit/ daß man nicht ſehe/
Was einem für den Füſſen ſtehe/
Sondern was künfftig iſt hernach/
Was für Außgang folg in der Sach.
Den Krieg ſol man allein anfangen
Frieden zu ſchützen oder zu erlangen
Nicht daß man ohne all' Urſach/
Sich und andern Unruhe mach.

*Vid.* Wunderbahre Hoffhaltung *L.3. Cap.10. fin. Si enim intelligerent Principes & Megiſtanes quantum Malorum Cumulum & ſibi & ſuis Domibus illô Die attraherent, quô Die Bella ſuſcipiunt! Crediderim imo affirmare auſim fore, ut non ſolùm à ſuſcipiendis illis ſuperſederent; ſed ne Familiarium quidem ullum illorum meminiſſe paterentur; Aut ſi quis contrarium ſvaderet, ut Hoſtem tractarent ſummô jure Capitalem. Aſt qui Pacis conſervandæ Principi auctores ſunt, maximâ Benevolentiâ afficiendi.* Gvevarra *in Horolog. Princip. Lib.3. Cap.14. p.m. 494.* tum & *cap.15. & 16.* Sed quia non omnes homines Chriſtiani ſunt, & illi qui ſunt, ſeu beatiſſimô hoc

no-

nomine gloriantur quidem, Chriſtianè tamen non vivunt. *Grot. de I. B & P. Lib. 1. Cap 2. §. 8. num. 1.* Indè approbo mentem *Lottini* qui ait: *Ogni Stato dee haver Deſiderio di PACE, e farne con l' Opere ma con tutto ciò, ne gli APPARATI MILITARI, percioche la Pace non armata, è debole. Auvedimento Civ. 190.*

*In Pace ut Sapiens aptabit idonea Belli. Horat. Sermon. Lib. 2. Satyra 2. fin.*

Demonſtratur id Emblemate quodam in Aulâ magnâ curiæ Norimbergenſis, depictâ vulpe, & Aprô dentibus armatô, ſub eadem arbore ſtantibus, additô Lemmate: *In PACE quæ ſunt BELLI.*

Splendiſſima ſunt verba, quibus amplum illud, & omni apparatu bellicô, & Mari & terrâ idoneô, inſtructiſſimum Reipubl. Venetiarum refulget Armamentarium: *Felix Civitas, quæ PACIS Tempore de BELLO cogitat.*

Loccenius *in not. Polit. ad Nep. Epam. cap. 5.* Quæ Spatioſa Reſpubl. circa hanc Materiam laudatur taliter: *Bel titulo conſervano i Signori Venetiani.* PAX TIBI EVANGELISTA MEUS; *ma è Pace riſentita, quando altri procurano di far la guerriera.* Vid. *Il Principe del Signor Capaccio Auvertimento. 168. p. m. 369. fine.* In ipſâ igitur PACE Princeps eam habeat Rei militaris Curam, ut in ipsô BELLO, mediusq; inter fulgentes ære catervas, de PACE cogitet ſemper, in PACE verò de BELLO. *vid. Inſtitut. Regis & Regni ad Cerdam Medimnæ Cæli Ducem. Lib. 2. p. m. 40.* His Artibus Nationem quandam modernô Sæculô ſummoperè deditam eſſe, refert *Dr. Oomius.* Van den Aanbeginne van hare Monarchie hebbenſe een Luſt gehad tot de Wapenen/ Selfs van hare wiege af Drinckenſe in de Militaire Diſcipline, en ſchynen onder de Wapenen/ en by na met de Wapenen geboren/ welcke ſy oock

 ſelfs

ſelfs niet te Huis/ of in Vreede neder legen/ Sy zyn uit het Geſchlechte van die Menſchen/ welcken Philippus Macedo eertyds heeft geſegd den Oorlog Vreede/ en den Vreede Oorlog te zyn. In de Wonderen des Alderhoogſten uitgevoerd door ſyn Koninklycke Hoogheit Willem de Deerde Koning van Engelland 1. Deel *§. 3. num. 3. p. m. 26.* Eleganter rem illam nobilis iſte Gallus illuſtrat ſequentibus: Quand le tems eſt calme, c' eſt alors, que le Sage Pilote redoute le changement: de même quand tuotes choſes ſont paiſibles en l' Eſtat que pourroit-on faire mieux, que de conſiderer qu' il faudroit bien peu de choſe pour troubler, & inter rompre c. Repos? &c. Les Princes peuvent donc imiter un bon Nautonier, lequels tandis queſon Vais-

Vaiſſeau eſt au Port, ſe pourvoit des Choſes neceſſaires contre la Tempête, qui peut ſurvenir, afin que icelle venant, il ait moins Occaſion de s' étonner. *Mr. de Marnix* dans les Maximes d' Etat, Sect. 8. Reſolut. 24.
Et licet Viribus non indigeat Princeps adverſus Leones & Lupos rapaces externos, certè carcinomata & Dracones in Sinu Fovere poteſt, qui truculentas Belli flammas evomere, Oleta comburere, atque Oleô iſtô ignes ſuos alere poſſunt, difficili Negotiô extingvendos. Hâc de Causâ in Ducariô Reipubl. Venetiarum propter Ducis ſedem, armorum conſervatur apparatus, ob eam Rem à Majoribus ordinatus, ut facilè coercerentur, atq; opprimerentur, ſi qui contra Rempubl. fierent domeſtici inſultus, qualis fuit Conſpiratio Bajamontis Theupuli, in Ducem Petrum Gradonicum An. 1290. Cujus Ducarium ille inva-

dere, Ducem perimere, auxiliô Plebis Patricios comprehendere, & Tyrannidem introducere molitus. *Donat. Janott. de Republ. Venetor. p. m. 259. & 260.* Hâc de Causâ Portugallia jam Palmam reddit ambiguam Hiſpaniæ, à quâ receſſit, ob deficientem in Caſtellô S. Joh. Militem, quod adverſus motus frœnum præſtitit. *Vid.* Becmanni *Hiſt. Orbis Cap. 6. Sect. 1.* §. 1. *num. 3.* Hâc de Causâ Burdigala *ibid.* §. *2. num. 8. p. m. 171.* & Rupella celebres Galliæ Portus Obſeſſi. Occaſione cujus Rochelle *Miniſter. Cardin. Richelii & Mazarin.* indigitat: Principem æquè ad BELLUM quàm ad PACEM inſtructum eſſe debere cùm nihil damnoſius, quàm ad Subditorum Rebellionem connivere. *Lib. 4. Cap. 23. in Reminiſc. Polit. p. m. 281.* *SIRE dit Mr. le Cardinal de Richelieu.* J'ay remarqué quatre Cauſes Principales qui donnent de la Langeur & de la foibleſſe à cet Etat. — La troiſieme, le Défaut de troupes

pes agverries, qui ſont d' ordinaire Surpied, pour s' oppoſer aux Entrepriſes, qui ſe font contre Vôtre ſervice. Ils peuvent empeſcher des Revoltes & les gverres Civiles, qui reduiſſent Vôtre Majeſté dans l' impuisſance de rien entreprendre au dehors, & donnent moyen aux Grands de partager avec vous l' autorite, qui n' appartient legitiment qu' à vôtre Sceptre. *Vid. Les Sentimens Illuſtres de quelques Grands Hommes d' Etat. Paris edit. p.m. 4. &. 5.* Itaque cum Valemus, cavendum eſt ne in morbum, cùm in Pace vivimus, prævidendum eſt, ne in Hoſtem incidamus; Quippe tum maximè inſidiatur Hoſtis, cum ſupini in Otiô dormimus & ſecuri in Pace vivimus. Ergò Pacis Tempore de hoſte & Marte cogitan-

dum. Tympius *in aureô ſpeculô Principum Part. prior. Sign. 21.* à Collibus *in Principe Cap. IX. & in Addit. Init.* Le Bleu *Inſtruct. futur. Conſiliarii, Diſp. 3. cap. 17.* Arumæus *de Jure publ. Vol. 1. Diſcurſ. 23. Theſ. 3. fin. & Theſ. 7. Init. lin, 22.* Beſoldus *Politicor. Lib. 2. Cap.* 7. §. *1. num. 1. & 2.* Mr. Melliet *dans les Diſcours Politiques & Militaires Sur Tacite, Livre 7. Diſc. 12.* qui elegans Philopœmenis adducit Exemplum, quô *de Livius Lib. 35. Cap. 28. Init. fol. m. 426. Sic ait: Philopæmen, non BELLI tantum temporibus, ſed etiam in PACE, ad id maximè animum exercuerat &c.* Specialiter præter cæteros hæc tractat Althuſius *in Polit. Method. Cap. 34.* Car, il y a toûjours du Danger à laiſſer long Têms un Etat ſans armes une Paix des armée eſt foible. Le Roy reſerva les Places des frontieres qui demeurerent toûjours fortifiees des gardes Ordinaires. Il ne ſe faut point

laiſſer

laiſſer endormir en la douceur d'un long Repos pour ne veiller à ſa Seureté. L'Empereur Conſtantin le grand eſtimant qu' il ne pouvoit être mieux aſſeuré que par la Paix qu' il avoit acquis en ſon Empire, caſſa les Garniſons de ſes villes des frontieres, lequelles incontinent ſe virent abandonnees à la Diſcretion de leurs ennemis. Il eſt vray qu' en pleine Paix l' on peut ſauver la Depence des legionnaires, qui ſont inutils en un Etat paisſible, & dont les Romains n' ont introduit l' uſage que pour s' oppoſer promptement aux revoltes & Seditions des Provinces nouvellement jointes & acquiſes à l' Empire &c. *Vid. P. Matthieu dans l' Hiſtoire*

 *de*

*de France Tom.* 1. *Liv.* 1. *la cinquieme Narration p. m.* 154. Et hæc eſt Ratio quarè prima illa Aſſyriorum Monarchia tot duraverit Seculis, quia perpetuô & in procinctu paratô prædití erant Monarchæ Milite benè exercitatô, donec latitans hactenus Imperantium Mollities, Cometa ille Regnorum exitialis, conſpicua redderetur, ac Subditorum abalienaret animos. Sardanapalus nihilominus paratis & exercitatis inſtructus viribus, tribus Victor præliis Arbacem Hoſtem ſuperavit, ſed Palmam non obtinuit; accedente paulatim divinô Numine ad Deſtructionem effœminati illius, Regis qui locô Sceptri inæſtimabilis Terrarum Brabei, Rhombum tractabat ſpurciſſimum, immemor planè, quantò fortunâ præſtaret, tantò & virtute reliquos mortales antecellere ſe debuiſſe, quia

*componitur Orbis*
*Regis ad Exemplum: nec ſic inflectere Senſus*

*Huma-*

*Humanos Edicta valent, quàm vita regentis.*
*Mobile mutatur ſemper cum Principe Vulgus.*

Claudian. *Panegyr. in IV. Conſulat Honorii v. 30. Imperator autem tàm adverſus voluptates, quàm Hoſtem armatus ſit oportet.* Guſtmeierus *in Feciali Germanicô Lib. 2. Cap. 6. §. 6. p. m. 272.*

Sed arctiſſima circa Præſidiarios hos Milites & Populum in Pace degentem adhibenda eſt, cura atque vigilantia (1) Ne præfecti eorum nimiâ præpolleant Potentiâ. (2) ne coadunatis Cohortibus ſæpè conveniant, & numeroſis Excubias præſtent Turmis. (3) Ne ſtipendiis fruantur otioſi. Hoc ut evitetur ſequentia *Loccenii* adjiciam Conſilia: *Occupandum vulgus Operum publicorum Exſtructione, Urbium vel Inſtauratione vel Munitione, viarum æquatione, Terræ, & ipſorum animorum Cultu: aliis honeſtis Negotiis ac Munius, pro Ingeniorum ac Perſonarum conditione. Mercenarii & alienigenæ Milites, ſolutô ipſis in Tempore ſtipendiô ad alia Bella*

*externa, vel ad ſuos, vel in Colonias dimittendi ſunt, ſed Carptim & per Partes, Majoris ſecuritatis Causâ. Subſidiarius & Domeſticus Miles per Provincias ſpargendus, & ad locorum limitaneorum Cuſtodiam mittendus: ne vitiis & viribus miſceatur, turbandisq; Rebus Fiduciâ Multitudinis ſtudeat: ſi factioſi quidam ad graſſandi & latrocinandi Societatem coëant, diſpoſitis per Oportuna loca Stationibus, ad Exemplum Auguſti cohibendi ſunt, viæque Prædonibus purgandæ &c.* De Republ. Ordinandâ *Lib. 4. Cap. 16. circ. fin.* Si itaque Status aliquis vel Milite præſidiariô tempore Pacis ſufficienter inſtructus, vel Naturali Zonæ Benignitate, Populô abundet, ſic ejusmodi operationibus, illi, qui Reipublicæ moderantur Habenas, tumultus antevertere, aut obicem illis ponere, ſalutaremq; ſtabilire Pacem asſueverunt. Felicior exſtitiſſet Res Romana, ſi deletâ Carthagine, ad Occupationes hujus generis adhibita fuiſſet Militia, ferocitate non dum depoſitâ. Les Sviſſes pour la Solde laiſſent

faire

faire des Levées chez eux, & par ce moyen ils déchargent leur Pais ſterile d' une trop grande abondance de Peuple, & des plus Remuans qui le compoſſent. *Mr. de la Mothe Tom. 2. Lettre 40. du Gouvernement Politique fol. m. 1058.* Rati, melius eſſe in Tempore prævenire, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere *L. fin. Cod. In quib. Cauſ. in Integr. reſtitut neceſſ.* Hæc & ſimilia Conſilia variant in applicatione, pro ut Status alius eſt Monarchicus vel Ariſtocraticus. &c. Monarchia pro Ratione Status finali habet, Amplitudinem & Augmentationem Imperii, Ariſtocratia verò, parta tuetur &c. Quas Rationes Status colligendo operam utilem impendit. Dn. Widemannus *in Manuduct. ad Potentiſſimos Status Europæ.* Lucas de Linda, Septalius, cui annotationes adjunxit Joh. Garmers. Tum de Ratione Status ſcripſêre, Zuccoli, Conringius,

ringius, Boterus, Chiaramonti *della Ragione di Stato*, Hippolithus à Lapide, contra quem Scripſit Joannes Sluterus. *Aſtrolabio di Stato*, di Raffaele dalla Torre. Ferdinandus ab Efferen. *Il Seminario de' Governi di Stato & di Gverra di* Girolamo Frachetta, Mr. le Duc de Rohan in Trutinâ Statuum Europæ & alii. Variante itaque Reipubl. Statu & Formâ, variabit etiam Conſilium ad reddendum in Pace Negotium aliquod, ne Populus Imperio ſe immiſceat, aut turbas excitet, ſed ut Pace ex optatâ ulterius frui liceat. Appoſitè hanc in rem diſtingvit providentiſſimus iſte Politicus ſequentibus: *Al che poſſiamo riſpondere diſtingvendo, ochè i Principi ſono in termine di volere acquiſtare o di voler mantenere l' aquiſtato; ſe di voler acquiſtare, alhora è neceſſario tener il Populo in Eſſercitii feroci,*

*roci, accioche non perda il Vigore, e s' auviliſcano. Non è però Maraviglia ſe Tarquinio Priſco c' inſegna di Mantenere il Populo in Operationi feroci, non havendo i Romani altro fine allhora, che d' aggrandire l' Imperio. Ma ſe il Prencipe non ſi cura d' augmentare con nuovi acquiſti, e non ha tanto timore de' nemici eſterni, quanto de gli Amici interni, dee laſſar il Popolo immerſo nell'* OTIO NEGOTIOSO, *di Fabriche, di Spettacoli, e di ſimile Coſe &c. &c.* Vid. *Diſcorſi Sopra Tacito del* Malvezzi *Diſcorſo decimo ſeſto. p. m. 127.* Hæc dummodo obſerventur, non eſt, quod *Tholozanus* autumet: omnem ſubditis armorum uſum adimendum eſſe, quia Arma ſint inſtrumenta Rebellionum, & armatos tempore Pacis inermes oprime-

primere. Quibus ſi careant, facilius iis imperari poſſe &c. *de Republ. Lib.23. cap. 9. §. 6.* Levioris quoq; ſunt Ponderis, quod *Lipſius* afferat imminere Regi à ſubditis Periculum, ſi Eos armet, non in fide, non in officiô manſuros, ſed aliquid fortaſſe adverſus Majeſtatem ſummi Imperii auſuros. Minimè hæc metuenda Principi, ſi Subditos ſuos ad Exemplum Eberhardi Glorioſiſſimi Ducis Würtenbergenſis Paternô & beneficô regat imperiô, Etſi nihilominus illud metuendum, ſic in tempore, præſidiariô & Mercenariô Stipatus ſit Milite. Scuto quidem plebi magis, quàm Gladio opus eſt. Livius *Lib. 3. cap. 53.* Si autem Arma & Armorum Exercitium de Civibus tollere Princeps velit, verendum eſt, ne Pax otioſa, aut tumultus excitet, inter illos aut *frangat, enervet ac eviret animos, & Luxum Virtuti ſubroget. His conſequens eſt, neceſſariam Belli Meditationem, uſumque Armorum etiam in Pace eſſe : Et Principem ſine Bellô quidem; nunquàm ſine Armis eſſe debere.* Forſtnerus *ad Tacit.*

*cit. Annal. Lib. 13. cap. 35. p. m. 309. 310.* Quâ ratione Exercitium illud Armorum, vel introducendum vel urgendum, olim Illuſtr. *Fredro*, hoc notatu digniſſimô demonſtrat Conſiliô: Non diutinam imò pacem nullam habebit, cui in Pace Meditatio Belli tædioſa eſt. *Quare ne torpeſcat per inertiam Virtus, ſint Peditum Legiones, tum Equitum haſtatorum Turmæ, quæ Exercitus faciant Nomen, caſtra metaturæ, VELUT pro Securitate Limitum & Regionis, ſed VERIUS pro condiſcendo uſu Belli, & continuâ Meditatione Caſtrorum, hoc velut Seminarium Militiæ inſtauraturus Princeps. Sint item certis anni temporibus, adhibitis gnaris Belli Præfectis, qui habiliores Armis exerceant, ut velut Tela aut Arma Sepoſiti in Parte, promti Bello & Occaſionibus habeantur; Qui ſecus otioſam amat Pacem feriatus, odit potiùs illam, & veriùs amat Bellum, imò ſponte periculum ſibi accerſit, inertem Belli & imparatum ſe invadendi occaſionem daturus, ſi præſertim Vicinos Principes habeat in ſua intentos & captandis rerum momentis promtos &c.*

*&c. Periſtromate XI. p.m. 345.* Quibus id ex Votô ſuccedere ſolet, dum animadvertunt in Vicinis Agris, Populũ in nectaream Pacis Duldedinem immerſum, Spiritus Martiales exhalare, illosque tandem evaneſcere. Metuebant id Belgæ, Natio Strenua, Tempore Induciarum, de quibus diſſerit Dn. Becmann. *Polit. Parall. Cap. 23. §. 5.* Aſt mala econtrariò eſt Turcici Imperii Ratio Status: Conſilia agitare, non tam Pacis, quàm Belli, nunquam à Bello ceſſare & *Vid.* Creſcentii *Artes recondita Regendi & Dominandi. Part. 6. Cap. 2. p. m. 44.* Ad quæ Conſilia *Mr. de la Mothe* ejusmodi fovet Sententiam *Il faut pourtant reconnoitre avec Ariſtoté* (Videatur Lib. 2. Polit. cap. 9. & Lib. 7. cap. 14. in medio) *que les Etats qui ont eté trop Guerrieres, comme celuy de Sparte & de Crete, ont eu le Defaut de ne ſe pouvoir maintenir pendant le Repos de la Paix; & que ces même*

*Ro-*

*Romains furent fort redevables à Numa, qui ſçeut accommoder leur gouvernement, à l' un & à l' autre têms de Paix & de gverre. Rien n' empeſche nos Monarques Chretiens de ſuivre un ſi bell Exemple. Dieu de Paix, qu' ils adorent, s'eſt fait auſſi nommer le Dieu des Armees &c. Nos Princes doivent être tres-ſoigneux de leur Milice quelque Inclination qu' ils ajent à la Paix; ſçavoir parfaitement le Metier de la gverre, s' ils veulent jovir d' une ſolide Repos; & tenir toujours leurs armes prêtes, tant pour attaquer, que pour ſe defendre, ſelon que les Occaſions ſe preſentent de le faire, ou que la Neceſſité de leur affaires les y peut contraindre.* de l' Inſtruction de Monſeigneur le Dauphin *p. m. 36.*

